



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Blasphemiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

contentione, id est, figura iudicij in contradictorio.

## BLASPHEMIÆ.

**B**laspheantiū poenæ, si dives, prima unciarū quadraginta, si pauper, decē, si non est solvendo, luat in corpore: secunda vice duplicetur poena, & infames, & incapaces ad beneficia, & officia, & dignitates, pauperibus lingua perfodiatur: tertia vice tripliciter poena, si sunt solvendo, pauperibus fustigatio, vide *Afflict. in const. inconsutislem, num. 48.*

## BONA.

**P**rimò, iurisdictio, etiam temporalis, pertinens ad personam ecclesiasticam, usurpare, incurritur excommunicatio Bullæ Czænæ Domini, Nav. *con. 3. de imsun. Eccl. facit Con. Trid. sess. 22. c. 11. de reform.*

Secundò, fructus beneficiorum non subsunt laicali potestati, Nav. *loc. cit. con. 3.* & sunt immunes ab omni onere laicali, Syl. *in ver. Ecclesia, l. §. 5. initio, in ver. gabella secunda, n. 8. ver. excommun. 9. q. 13. Cov. lib. 1. c. 4. n. 2. & 3. variar. Nav. c. 17. n. 201. Rebuf. de for. con. & paup. n. ult. & prædicta bona, & fructus sunt immunes, etiam si vendantur, etiam si donentur, idem *conf. 4. eod. tit. Afflict. in multis locis const. regni, & non solum pro reb. beneficalibus, sed etiam pro rebus matrimonialibus in const. apostatantes, c. 28. n. 20. tam in collectis, quàm in gabellis, vide in repertorio, in ver. Clericus, tertiò, appellatione bonorum**

Ecclesiæ comprehenduntur beneficia sua, ita Gem. *in c. sciant cuncti, notab. 8. de elect. lib. 6.*

## BIGAMI.

**P**rimò, Bigamia est triplex, vide Hofst. *inter cæteros in Sum. tit. de big. scilicet vera, similitudinaria, & interpretativa: vera est, quando quis duxit duas uxores; interpretativa, quando unicam, sed viduam, vel corruptam, tertiò, quando aliquis insignitus ordine sacro, vel voto solenni castitatis contrahit matrimonium, vide pro hac materia fusiùs Syl. *in ver. bigamia. Astenf. lib. 6. tit. 7. Sot. 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Sum. Sac. q. 26. Nav. in Manual. confes. c. 27. n. 195.**

Secundò, quis potest cum bigamo dispensare. Respondetur quòd Episc. usque ad minores ord. Hofst. *l. ci. in ult. & intellige inclusivè propter rationem, quam ipse affert, vide inf. in ver. irreg. §. 17. ad majores autem, & ad curata beneficia solus Papa dispensat.*

Tertiò, Episcopus potest dispensare cum bigamo similitudinario, si contraxerit cum virgine, Io. de Selua *tract. de benef. 3. p. q. 7. n. 8. ver. 13. & 14. c. sanè, il. secundo, & ibigl. de cler. conjug. Gom. tract. de brev. num. 20. & 21. Staph. de sign. grat. fol. 134. nu. 8. & 9. Nav. c. 27. nu. 195. & faciliùs dispensatur cum laico bigamo, quàm cum clerico, Nav. *conf. 2. de big: cætera vide in Doct. intellige quoad sacros ordines usque ad presbyterium inclusivè, c. 1. qui cler. vel voven: Selua loc. cit: nam de minoribus & in aliis duabus**